



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XII. Sacris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

SUMMARIUM.

1. Nemo licet se conijcit in certum vitæ periculum, stupri vitandæ causâ.
2. Non debet privari sepulturâ sacrâ, de quo non certo constat, quod in peccato gravi oberit.

Notandum primum. Non est licitum, stupri vitandæ causâ, se in foveam, aut fluxum præcipitare cum certo moriendi periculo. Ita per contrarium sensum sumitur ex hoc. Vide congesta Gratiani. causa 23. q. 1. & quæ lib. 3. tra. 3. p. 3. c. 1. docui.

Notandum secundum. Qui mortuus est, aut interfectus, non præmissâ sacrâ confessione, quia eam instituire non potuit, in loco sacro sepeliri debet, nisi evidenter constet, eum in peccato mortali impenitentem decessisse. De hac re dixi lib. 3. tra. 1. c. ult. n. 11. & legi potest Abb. hic & Gl. in c. 1. V. non communicavimus causâ 24. q. 2.

CAPITULUM XII.

Sacris.

PARAPHRASIS.

Rescribit Pontifex, sacris Canonibus esse statutum, ut careant sepulturâ Ecclesiasticâ, qui prius ab Ecclesiastica unitate præcisi fuerunt, & in morte non reconciliati; ideoque mandat, excommunicatorum cadavera aliquo casu in Cæmeterio Ecclesiastico tumulata, si discerni possint, exhumari; si non possint, non expedire, ut cum ossibus excommunicatorum corpora extumulentur fidelium,

SUMMARIUM.

1. Quorum Excommunicatorum & Hæreticorum corpora è loco sacro sint exhumanda?
2. Nunquam sunt exhumanda, quando ab aliorum corporibus discerni non possunt.

Asertum primum. Quibus vivis communicare non licet, ijs nec mortuis per sepulturam Ecclesiasticam communicare possumus. Sumptum est ex Leone I. epistolâ 90. aliâs 92. ad Rusticum. & refertur in c. 1. causa 24. q. 1. Porro ij, quibus vivis communicare non licet, sunt excommunicati, iique vitandi; hos autem, si mortui sint, adeo vitare debent fideles, ut non tantum sepelire eos non debeant in sacro loco, sed etiam in quocunque casu sepulti sint, eorundem corpora extrahere, & aliò deferre, sicuti etiam habetur in c. quocunque 37. causâ 11. q. 3. Adde, si corpus excommunicati vitandi sepultum sit, sacrum locum vitandum esse, ut in eorem divinam peragere non sit concessum, donec per Episcopum sit reconciliatus c. consuluisti. 7. de consecratione Ecclesiæ. Adverte hoc in loco, si aliquis mortuus sit in peccato mortali, aut in excommunicatione notoriâ, tamen non vitandus, v. g. Lutheranus, vel Calvinianus Prædicans in Germania, tamen licitum non sit ejus corpus in loco sacro sepelire, eò quod Ecclesiastico honore indignus, neque capax sit suffragiorum Ecclesiæ, & ideò sepultura ista cedat in irreverentiam sacri loci, tamen per eam sepulturam nequaquam violari sacrum locum, ita ut reconciliatione solemnî indigeat, sicuti post Extravag. Ad evitanda Theologi communiter annotârunt. Navar. c. 27. n. 137. Henriq. lib. 13. c. 11. n. 3. Suarez de censuris. disp. 12. s. 4. Conink disp. 14. n. 63. & lib. 3. tra. 5. c. ult. n. 12. docui, & videri possunt, quæ docui lib. 1. tra. 5. p. 2. c. 4. n. 9.

Quare hinc solvitur dubium, quod multi hoc tempore movent, cum Ecclesias ab A catholicis dudum occupatas Catholici recipiunt, in quibus longo tempore hæreticæ Religionis exercitia, atque hæreticorum corpora sepulta jacent, num solemnî reconciliatione indigeant. Quâ in re mirari licet, non paucos persuasos esse, quod reconciliandæ sint Ecclesiæ, tanquam violatæ, cum tamen quotidie in ijs celebrent,

Xx

vel

Abolendæ.

PARAPHRASIS.

Perversa est consuetudo, si sepultura mortuo non permittatur, nisi certum pretium Ecclesiæ persolvatur.

Notandum, Terram Cœmeterij, seu sepulchris fidelium deputatam vendi, aut pro pretio dare, in sacris Canonibus tanquam Simoniacum, prohibetur, ut sumitur ex hoc c. & ex c. questi 12. & sequentibus causa 13. q. 2. De hac re plene dicatur in tit. de Simonia.

CAPITULUM ULTIMUM.

Parochiano.

PARAPHRASIS.

Parochianus, qui ob manifesta crimina, videlicet homicidium, incendium, violentam injectionem manuum in Clericos, vel incestum, excommunicatus fuit, in extremis positus à presbytero sumpta forma Ecclesiæ absolutus est in cœmeterio sepeliri, & aliorum Ecclesiæ defragiorum particeps fieri debet; at vero hæredes, ad quos bona ejus pervenerunt, per Ecclesiasticam censuram appellari debent, ut pro ipso satisfaciatur.

SUMMARIUM.

1. *Mortuandis quomodo imponenda satisfactio?*

2. *Quando, & quomodo à hæredibus fiat obligatio satisfaciendi læta?*

Notandum primum, In mortuis cunctis peccatis, & annexis excommunicationibus, quamvis alioquin reservate sint, absolvi potest; debet tamen servare libertatem à SS. Canonibus præscriptam c. 1. & ex tenore 10. c. cum desideres 15. de sententia excommunicationis, videlicet ut imparet satisfactionem parti lætæ, & quædam realem, si statim præstari possit; si non

vel celebrari permittant; certum autem sit, in violatis Ecclesijs licitum non esse divina officia peragere, sicuti docent omnes

apud Sayrum in thesaurolib. 5. c. 16. n. 19.

Dicendum igitur, Ecclesias non esse violatas, ideòque reconciliatione non indigere, saltem solemniter; interim decens est, ut aqua lustrali, seu benedicta per presbyterum aliquem prius aspergantur Ecclesiæ, quam in ijs divina officia demò peragantur, sicuti lib. 5. tra. 5. c. 5. n. 13. explicavi addendo 5.

Quamobrem necessarium etiam non est, ut excommunicatorum & hæreticorum corpora exhumentur, cum id facile, & sine perturbatione aliqua, plerumque fieri non possit. Quamobrem de V. sepultura n. 3. limitatè loquitur, si sint sepulci excommunicati denunciati, tunc exhumandos, & locum reconciliandum esse. Interim non nego, si aliquis, seu hæreticus, seu alius notorius peccator, contra sacros Canones in loco sacro sepultus esset, quin Episcopus in detestationem sceleris, & honorem loco sacro conservandum, jubere possit, & interdum debeat, ut exhumetur; nego autem, id universim esse necessarium, aut in præcepto, præsertim quoad eos, qui dudum sepulti, longo tempore in terra continebantur. Consultum tamen valde, ut omnes memoriae, & sepulchra externa, quæ honoris causa posita sunt, paulatim ex Ecclesia penitus tollantur.

3. Assertum secundum, Si excommunicatorum corpora discerni non possint, ideòque nec exhumari, quin simul etiam corpora fidelium eruantur, utraque intacta relinqui debent. Hinc bene infert Abb. n. 4. si non potest puniri malus, quin etiam innoxius affligatur, tolerandus potius est malus juxta L. absentem 5. ff. de pœnis, ubi dicitur, satius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.

**

**